uenit ad tumulum in ar terris nocte. Alia et pacta
na tam credula animi intencione praeces fideliter
effundebat. Quoddum faceret repentina somnii suaui
tate corripitur. Et uidit paruisum agnen beatissimae tali
a sibi monita proferentem. Constanter age constantia
et crede dnm ihum xpm filium dei esse saluatorem tuum
per quem modo consequeris omnium uulnerum quae in corpo
re tuo pateris animae uoce consequeris sanitatem. Ad
hanc uocem constantia euigilat sana. ut nec signum in
eius membris alicuius uulnerum remaneret. Reuersa
igitur ad palatium sanissima facit gaudium et patri
augusto et fratribus suis imperatoribus coronator tota ci
uitas fit laetitia et militantibus et priuatis audienti
bus haec. Infidelitas gentium confundebatur. fides domi
nica laetabatur. Interea petit patrem et fratribus au
gustos ut basilicae beatae agnes construerentur. et sibi illic
auxilium conlocare praecepit. Cum autem haec opinio
ad omnes peruenisset quotquot credentes ad eius tumulum
aduenissent saluabantur. quaecumque fuissent infirmitati
detenti. quod facere xpm nullus ambigat usque in diem nu
dien. Perseuerauit autem constantia augusti filia
in uirginitate xpi. per quam multae uirgines et mediocres
et nobiles et inlustres sacratae uelaminae susciperunt
Et quia fides mortis damna non patitur usque hodie

105a v

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weiterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod1556/0218